

π_i
2807 (5)





AD
ACTVM SOLENNEM
IN HONOREM
AMPLISSIMI MAGISTRATVS
SANGERHVSANI

Hi
2807

OB PERMVTATAS HAVT ITA PRIDEM
REGIMINIS VICES INSTITVENDVM
DECENTER INVITAT

ET

DE VERSIONE HYMNORVM GERMANICORVM
LATINA ATQVE GRAECA DISSERIT
R E C T O R

M. CHRISTIANVS GOTTLOB KAENDLERVS
ACADEMIAE SCIENT. MOGVNT. SODALIS
ATQVE LATINAE SOCIETATIS IENENSIS
MEMBRVM HONORARIVM.



DISSERTATIO QVINTA.



L I P S I A E

IMPRIMEBAT IOH. GOTTLOB IMMAN. BREITKOPF.

MDCCCLV.

AD

ACTVM SOLENNEM

IN HONOREM

AMPLISSIMI MAGISTRATUS

SANGHERIVSANI

DE REPVBLICA HAVNIE PRIDEM

REGNIUS NUN INSTITVTVM

DECANVS LEGITVS

ET

DE VERSIONE HYMNORVM GERM ANICORVM

LATINA LITVE GRACA DISSERT

A F O T O R

M. CHRISTIANVS GOTTLOB KALINDERVS

ACADEMIE SCIENT. MOCVNT. SOBALLE

ATQVE FACULT. THEOLOG. HAVNIE

MEMBER HONORARIVS

DESSERTATIO QVINTA
HAVNIE
1785





DE
VERSIONE HYMNORVM GERMANICORVM
LATINA ATQVE GRAECA.



§. I.

irca hymni quem in calce opusculi praesentis in
vtrumque sermonem versum inveniunt Lecto-
res, auctorem, nihil erat, quod notatu dignum
videretur et a me denuo posset proferri in me-
dium. Ab aliis vero iam obseruata huc transcribere, quae
dicta sunt prius, iterum repetere, adeoque Iliada quasi post
HOMERVM scribere neque volupe est, neque vacat. Verba etiam
hymni soli meridiano sunt clariora, vt adeo neque me, neque
alio indigeant interprete.

Instituti ra-
tio.

§. II.

Vnicum igitur saltem restabat vocabulum curatiore atten-
tione omnino dignum. Nimirum in plerisque codicibus no-
stra aetate versu vltimo legitur: *lieblich werd ergötzen*, pro
quo SCHAMELIVS posuit *lieblich*, Comment. p. 519. addita
explicatione: *Also glaubet der Autor, das wir im ewigen Le-
ben auch auf leibliche Weise sollen ergötzet werden. Das ge-
hæret unter die bona positiua. Denn wie die Auserwehltten
dort ihren Leib wieder empfahen, also genießen sie auch an dem-
selben und allen Sinnen auf unaussprechliche Weise ihre Erqui-
ckung, eben wie die Verdammten daran Pein leiden*, Luc. XVI,
24. *Siehe meine Pflicht gegen die Todten*, p. 343. Fidem mere-

Vocabulum
lieblich.

tur tantus vir, qui se totum dedit huic negotio optimaque notae inspexit codices. Iuuabat piae huic meditationi immorari diutius atque de deliciis corporis nostri in vita aeterna expectandis, repudiatis vtriusque gentis circumcisae nugis atque fabulis, praecipere luculentius, idque potissimum eam ob rationem, quia Theologi Christiani vnice fere in exponendo beatorum statu de Visione, quam vocant, intuitiua, disputant, et quidem non vsquequaque concordibus suffragiis.

§. III.

Nouis hymnorum conditor.

Pleraque huc facientia iam in chartam conieceram, cum haut ita pridem Vulcanus quasi Virgilianus auribus meis occidere videbatur, L. VIII, 439.

Tollite cuncta - - coeptosque auferte labores,

- - - Et huc aduertite mentem.

Indicabant nimirum Relationes Goettingenses huius anni p. 1274. prodiisse librum hoc quidem titulo exornatum: IOH. GODOFR. PETSCHELII, *Schemnitio Hungari, Cantor christianus, i. e. cantica sacra, ad quaeuis tempora et ad quemuis animarum statum accommodata, cum praefatione D. IOH. BALTH. BERNHOLDI, Sulzbac. 976. plag. in forma octaua.* Ita enim fit in rebus humanis, vt quemque sua trahat voluptas, easque res, quae nobis curae cordique sunt, facile praeferamur reliquis.

§. IV.

Querela de penuria hymnorum.

Sed, quod vehementer doleo, loco thesauri reperiebam carbones, pro Iunone amplectebam nubem. Primo enim non video, quo iure de paucitate hymnorum latinorum instituta fuerit querimonia. CHRIST. AVG. HAVSEN enim vltra quadringenta cantica studio Ammonii, Lauterbachii, Trostii, Cremcouii, Clauderi, Andreae, Hauschkonii, Petermanni, Stielerii, Fehmelii, Hechtii, carmine latino expressa exhibet in Pietate sua Melica. Accessit paulo post Hymnorum Lizelianorum Centuria, vt eos, quos NEVMEISTERVS alique in vulgus ediderunt, silentio in praesenti inuoluam.

§. V.

§. V.

Secundo illud omnino ferri non debet leges metri a PET-
SCHELIO nostro quasi de industria et suo iure fuisse negle-
ctas. Hanc cantilenam iam pridem cecinit LIZELIVS in
Praef. ad Studios. Modul. ita verba faciens: *Miror laboris dif-*
ficulratem, dum neque simplex metrum neque simplicem Rhyth-
num, sed utrumque coniunxerint, omnes elisiones evitauerint.
Verum enim vero in vado res erit, si Bauius et Meuius
prorsus ab hoc opere, si nimis difficile videtur eorum humeris,
abstinere iubentur, relicta hac prouincia illi, qui

Neglectus
metri.

Proferat carmen docilis modorum.

Vatis HORAT.

Plane enim non opus est, vt versus Leonini, barbaris seculis
familiares, qui, repudiatis omnibus ornamentis, tantum rhyth-
mo inueniendo nauant operam, iterum producantur in scenam*.
Certe eiusmodi Poetae inuita Minerua canentes, cum aliis, an-
sam praebent exteris, vt tam inique de poetis Germaniae lati-
nis sentiant, cuius rei, comprobandae causa allego verba CL E-
RICI** et CALLIERII***.

A 3

§. VI.

* In gratiam tamen atque solamen huius fursuris poetarum iuuat adducere
verba MARTINI SPIELBERGII: *Die lateinischen Reime*
mag einer, dem es so gefällt, meinet halben auch nur innerbin für
Knüttel-Verse scheitern: Die Gelehrten wissen doch wohl, dasz solche
Knüttel nicht in allen Büschen wachsen, noch von Bäumen geschnit-
zelt werden.

** Vid. El. Parrhasiana ou Pensées diverses sur des Matieres de Critique T. I.
p. 4. vbi verba sic fluunt: *Bien des Modernes qui ont fait des Vers*
Latins ou Grecs ressemblent aux Anciens, comme les Singes ressemblent
aux hommes. Au lieu d'un stile pur & serré on voit dans leurs vers
des manières de parler tres suspectes. Aussi n'y a-t-il personne qui
conseille de les lire à ceux qui estudient les belles Lettres. On renuoie
la Femesse aux Anciens & on lui en recommande la Lecture, sans dai-
gner lui indiquer les Poetes modernes. Ne doutez pas que si les Poetes
Anciens refaisoient, il ne se moquassent de même de nos vers Grecs
& Latins, & ne fussent surpris que l'on trouue des gens qui perdent
tant de tems à y reussir si mal.

*** Histoire Poetique de la Guerre nouvellement declarée entre les Anciens &
les

§. VI.

Confilium
reiectum.

Verba CLERICI iamiam allata me facile inducunt, vt a confilio pestifero PETSCHELII de commendandis canticis latine ab ipſo verſis iuuenibus in omnis generis ſcholis verſantibus, plane abhorream, cum potius pedibus eam in ſententiam Celeberrimorum Goettingenſium, qui illud in detrimentum ſcholarum ceſſurum autumant. Addunt viri hi laude mea maiores futurum eſſe, vt poeſis latina quae alioquin in ſcholis vix ſpiritum traheret animamque agere videretur, accedente canticorum Petſchelianorum lectione certiffime exſpiraret pro-
pediem.

§. VII.

Aliud eius
confilium
comproba-
tum.

Vnicum ergo reſtat emolumentum, quod PETSCHELIVS noster ab hymnis ſuis exſpectat, forſanque etiam poſſet conſe-
qui, nimirum vt quidam Hungariae, Bohemiae atque Poloniae incolae, latini ſermonis vtcunq; gnari, germanici vero exper-
tes his canticis de vero atque puro Dei cultu poſſint edoceri. Quemadmodum enim iam ſua aetate ADAMVS CONZENIVS L. II. C. 18. Politic. non ſine cauſa fatetur: *Per Lutheri hymnos plures animas Papatui eſſe ereptas, quam per caetera ipſius ſcripta atque declamationes*, ita, quo minus id ab iisdem latine verſis adhuc hodie fieri poſſit, nullam plane video ra-
tionem.

les Modernes, vbi p. 247. introducitur Apollo ita in Parnafſo edicens: *Il ordonne que tous les Poetes modernes ſeront deſormais obligez d'entendre parfaitement les Poetes Latins & même les Grecs ſ'il ſe peut, cependant il met au plus bas etage du Parnafſe tous ceux, qui au lieu de cultiver leur langue maternelle ſ'amuſent à ecrire en Vers Grecs ou Latins, declare tous ces ouvrages de contre-bande, ainſi que toutes Anagrammes, Acroſtiques & autres amuſemens des Pedans, les bannit de la Societé des Nations polies & les relegue à perpétuité dans les Colléges & chez les Allemands & autres Nations du Nord.* Caeterum ſuccurrit iam olim BEMBYM et POLITIANVM fuiſſe veritos, ne per canticum latina multum detrimenti caperet Romani ſermonis puritas.

tionem. Caeterum PETSCHELIVM alloquimur verbis HORATII
L. III. Od. 3. v. 70.

Quo Musa tendis? define peruicax

Referre sermones deorum et

Magna modis tenuare paruis.

§. VIII.

Iam sequitur hymnus: *Warum sollt ich mich denn Hymnus po-*
grämen? *ster.*

1.

Cur dolore mens graenatur,

Cum mihi

Non Dei

Natus auferatur?

Qui salutis spem parauit

Sanguine,

Quem fide

Proprium dicauit.

1.

Νῆν ἔμῃ τί γὰρ ταράσσω

Ἐὶ θεῶ

Πανταχῆ

Τεκνίον Φυλάσσω

Ὅς μονὴν δώσει βεβαίαν

Πισὸς ὦν

Ἐὶ θεῶν

Γὰρ ἀφῆσω αἶεν.

2.

Nudus in solo iacebam,

Paruulus

Languidus

Spiritus trahebam.

Linteum nudus prehendo

Protinus

Languidus,

Sicut umbra, tendo.

2.

Γυμνὸς ἐν θνητοῖσι νοῖον

Κείμενος

Ἄθλιος

Ἐμπνός τε κλαῖον.

Γυμνὸν ἔσχα μοῖο σώμα

Πνεῦμα βρά

Ὡς σκιά

Ἐὶ ἔλειψε πτόμα.

3. Vita,

Vita, mens, et quod tenemus

Νῆς, τὸ σῶμα, αἷμα, χεῖμα

Non mea

Τῷ Θεῷ

Sunt bona,

Οὐκ ἐμὰ

Cuncta nos habemus

Οἰδᾶ, ἐστὶ κτήμα.

A Deo. Reddi iubebit?

Πάντα εἰ ἐλέην θελήσει

Nil moror,

Ἐυδοκῶ

Ast honor

Ἐν χροῶν

Numinis manebit.

Παντὶ κῆρ χαρήσει

4.

Turba me premit malorum,

Ὅττε συμφορᾶν παθήσω.

Copia

Ἐλπίδα

Maxima

Ἡμέρα

Nil valet laborum.

Δευτὴ ἐν ἀφῆσαι

Cuncta fiunt dirigente

Ἐὶ πατὴρ θέλει κακῶσαι

Numine,

Ἡσπιο.

Denique

Μὲ βάρος

Erigor repente.

Οἶδε καὶ ἀπῶσαι.

5.

Saepe fulsit lux serena,

Πολλάκις νῆς μοῖο χαίρει.

Hinc quoque

Τοιγαρῶν

Sum die

Πῆμα νῆν

Laetus haut amoena.

Φαίδρον εἰ μὴ αἶρε.

Aequus est Rex in dolentem,

Κεῖφόν ἐστι πᾶν ὁ τλήσω

Non nimis

Ἵσπερον

Est grauis

Κίνδυνον

Ferur in incendentem.

Γινῆς βραχυν, χαρήσω.

6.

Satanas pravaeque turbae
Ludere
Vndique
Me solent in vrbe
Rideant. Dei sed ira
Est potis
Improbis
Praeparare dita.

6.

Σατανᾶς πλῆθος ποιηρῶν
Δαίμονος
Πᾶν ἔπος
Μοὶ λέγουσι σκληρῶν.
Ἐπιγελάσει, μὴ φοβέσθαι
Κοιρανὸς
Πανταρχῆς
Τὸ κρείττον νοῦμαι.

7.

Christianus haut timebit,
Non fugit,
Ingruit
Quando, quod nocebit.
Instat ecce mors repente?
Nil agit,
Respicit
Aequus ista mente.

7.

Χριστιανὸς ἔτρομήσει
Κίνδυνος
Μὴ δέος
Ἰσχυρῶ φασήσεται.
Ἔστι μηδαιῶς λυπηρῶς
Οὐρανὸς
Καὶ κλέος
Πιστῆ ἔστι κληρῶς.

8.

Christianum mors iuuabit,
Quid doles
Qui iaces?
Mortuum beabit.
Namque ducit ad Potentem,
Omnia
Tunc mala
Deserunt gementem.

8.

Χριστιανὸν ἔκαυώσει
Ἐξοδος
Κοιρανὸς
Νεκρῶν ὄντων σώσει.
Μοῖρα πᾶν κακὸν τελήσει
Ἡμέρας
Μὴ κακῶς
Ἐν πτόλῳ νοήσει.

B

9. De-

9.

Deserent me tunc dolores,
 Gaudeo
 In polo,
 Sentiens honores.
 Mundus haut placere debet,
 Allicit,
 Sed perit
 Ipse, quodque praebet.

10.

Dona quid sunt, quae malignis
 Perplacent?
 En nocent,
 Cuncta tollet ignis.
 Pastor ecce nos beabit
 In polo
 Gaudio
 Vsq̄ue quod iuabit.

11.

Pastor atque fons bonorum,
 Es meus,
 Sum tuus,
 Finis haut honorum.
 Sum tuus, nam tu dedisti
 Sanguinem,
 Et necem
 Barbaram tulisti.

9.

Χαίρω ἑλθὼν εἰς τὸ μνημα
 Λείπεται,
 Ἐρχομαι
 Ἐἰ ἐς ἄστρα, πῆμα
 Κόσμος ἔθλα μὴ δίδωσι
 Ἥδοναι
 Μοὶ κακὰ,
 Ἐἰ ἀριστὰ ὄσι.

10.

Πάντα λήγει γὰρ τὰ δῶρα
 Σαρκοῦ,
 Ὡς σκιά
 Ἐχρότη ἐν ὄρα.
 Δῶρά με ποιμὴν βέβαια
 Μοὶ νεμῆ
 Ἐτυχεῖ
 Ἀλλὰ μὴ ἐν αἰῶ.

11.

Μὲ νομεύς, πηγὴ ἀρίστων,
 Εἰς ἐμὸς,
 Ἐμὶ σὸς,
 Ὡ ἐταῖρε πιστῶν.
 Ἐμὶ σὸς, δάκρας τὸ πνεῦμα
 Ἀντὶ μῆ,
 Ὅττε σῆ
 Αἷμα ἦτο ρεῦμα.

12.

Es meus, nam Te tenebo
 Pectore,
 Usque Te,
 Grata Lux, habebo,
 Pande coelos, gaudeamus,
 Oscula
 Mutua
 Usque porrigamus,

12.

Ἐἰς ἑμὸς, σὲ γὰρ κρατήσω
 Πανταχῶς,
 Φῶς ἑμῶ,
 Μὴ δὲ σε ἀφήσω.
 Ἐυχόμεν θανεῖν τάχιστα
 Ἐὖν Θεῶ
 Ἐν πόλῳ
 Τέρομαι μάστιγα.

§. IX.

Talem, qualem hymnus meus depingit, animum, id est Series Ora-
torum. tranquillum fortem fiduciae plenum, cum reliquis animi, corporis atque fortunae bonis exopto Vniuerso Nostro Ordini Senatorio sub anni et regiminis auspiciis vt ex mente HORATII decet,

Iustum et tenacem propositi virum
 Non ciuium ardor praua iubentium
 Non vultus instantis tyranni
 Mente quatit solida: neque Ausfer
 Dux inquieti turbidus Adriae
 Nec fulminantis magna Iouis manus
 Si fractus illabatur orbis
 Impavidum ferient ruinae.

Caetera vota nuncupabunt Commilitones mei, anni secularis praesentis probe memores, qui ita se excipiunt:

- 1) IOH. GOTTLIEB SCHATAV, *Geborfen Thuringus*, oratione latina GRAMONDI sententiam, qui L. II. Hist. p. 174. Principibus Protestantibus ius Iubilea instituenti abiudicat, confutabit.
- 2) BERNHARD. HESSE, *Marcroeliz Leucopetr.* carmine germanico Pacis Passlauenfis argumentum exponet.

B 2

3) IOH.

QNT: 2807 (5)

12 DE VERS. HYMN. GERM. LAT. ATQVE GR.

- 3) IOH. MART. AVG. DOMRICH, *Reeblingen Isenac.*
Mauritium, qui virtute sua nobis haec otia fecit, carmine germanico depraedicabit.
- 4) IOH. CAR. CHRISTOPH. FERBERVS, *Gonna Thur.*
oratione latina ritus, quibus Iubileum hoc centum abhinc annis in Saxoniam fuit celebratum, indicabit.
- 5) IOH. CHRIST. SCHWARZE, *Haynroda Stolberg.*
oratione graeca easdem ceremonias, quae extra Saxoniam sub idem tempus fuerunt obseruatae, indicabit.
- 6) FRIDER. GOTTWALT STOEPPEL, *Isleb.* res ab Luthero Islebiae peractas, oratione latina recenset.
- 7) IOH. FRID. REICHE, *Leucopetr.* oratione vernacula notissimas illas litteras, quas Ferdinandus R. R. ad Lutherum exarasse dicitur, recitabit.

Viros vero, quos Genus, Virtus, Eruditio, Merita atque Munera mihi reddunt Venerabiles, decenter rogo atque inuito, velint, quaeso, futuro Die XVI. M. Ian. faciles atque aequas nobis praebere aures. P. P. Sangerhusae Prid. Id. Ian. Anni Soteris MDCCLV. nostrae Ecclesiae secularis.



Pon Ti 2807 (5), QK

1418


ULB Halle

3

003 121 305







ii
2807

A D
ACTVM SOLENNEM
IN HONOREM
AMPLISSIMI MAGISTRATVS
SANGERHVSANI

OB PERMVTATAS HAVT ITA PRIDEM
REGIMINIS VICES INSTITVENDVM
DECENTER INVITAT

E T
DE VERSIONE HYMNORVM GERMANICORVM
LATINA ATQVE GRAECA DISSERIT
R E C T O R

M. CHRISTIANVS GOTTLOB KAENDLERVS
ACADEMIAE SCIENT. MOGVNT. SODALIS
ATQVE LATINAE SOCIETATIS IENENSIS
MEMBRVM HONORARIVM.



DISSERTATIO QVINTA.



L I P S I A E
IMPRIMEBAT IOH. GOTTLOB IMMAN. BREITKOPF.
M D C C L V.

